



## Universitätsbibliothek Paderborn

**Reginonis Abbatis Prumiensis Libri Duo De Ecclesiasticis  
Disciplinis & religione Christiana**

**Regino <Prumiensis>**

**Parisiis, 1671**

187. Ut fideles ante horam tertiam non prandeant.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-14622**

De eadem re. *Ex decretis sancti Benedicti.*

*Psal. 118.*

Regula S. Be-

ned. c. 16.

Burchard. lib.

z. c. 105.

*Psal. 118.*

**C L X X X V.** Ut ait Propheta, *Septies in die laudem dixi tibi.* Qui septenarius numerus à nobis sic implebitur, si matutino, prima, tertia, sexta, nonæ, vesperæ, completoriique tempore nostræ servitutis officia personavamus: quia de eis dixit Propheta. Nam de nocturnis vigiliis idem ipse ait: *Media no[n]ta surgebam &c.* Ergo his temporibus referamus laudes creatori nostro super judicia justitia suæ.

*Ex Concilio Venetico.*

Concil. Vene-

tic. c. 14.

Burchard. lib.

z. c. 153.

Clericus qui intra muros civitatis manet, & eo die matutinis hymnis sine ægritudine defuerit, septem dies à communione habeatur extraneus.

Ut Missæ ante horam tertiam non celebrentur. *Ex epistola Telephori Pape.*

Burchard. lib.

3. c. 63. &

Dist. 1. de con-

fessr. c. 48.

**C L X X X V I.** Missarum celebrationes ante horam diei tertiam minimè sunt celebrandæ, ( quia eadem hora & Dominus crucifixus est, & super Apostolos Spiritus sanctus descendisse legitur ) excepta nocte sanctæ nativitatis.

Ut fideles ante horam tertiam non prandeant.

Addit. 1 v.

c. 49.

Burchard. lib.

2. c. 185. &

Di. 44. c. 12.

**C L X X X V I I.** Non oportet Clericos vel laicos religiosos ante sanctam horam diei tertiam inire convivia, neque aliquando Cle-

DE ECCLES. DISCIPLINIS. 95  
ricos , nisi hymno dicto , edere panem , & post  
cibum gratias auctori Deo referre.

Ut sacramenta altaris à jejunis celebrentur.  
*Ex Concilio Africano.*

CL XXXVIII. Ut sacramenta altaris  
nonnisi à jejunis celebrentur , excepto uno  
die anniversario quo cœna Domini celebra-  
tur. Nam si aliquorum pomeridiano tempore  
defunctorum Episcoporum sive ceterorum  
commendatio facienda est , solis orationibus  
fiat , si illi qui faciunt jam pransi inveniuntur.

Conc. Afric.  
c. 8.  
Capitulare  
Ahytonis.

c. 10.

Ut post allocutionem Episcopi in Missarum  
solemnis plebs ad orationem invitetur.

*Ex Concilio Laodiceno.*

CL XXXIX. Quod oporteat seorsum  
primum post allocutiones Episcoporum ora-  
tionem super catechumenos celebrari. Et  
postquam catechumeni egressi fuerint , super  
eos qui sunt in pœnitentia precem fieri. His  
etiam accendentibus ad manum sacerdotis &  
discedentibus tres orationes consummari fi-  
delium , ita ut prima quidem sub silentio , se-  
cunda verò & tertia per exclamaciones soli-  
tas expleantur.

Concil. Lao-  
dic. c. 19.  
Burchard. lib.  
2. c. 69.

De eadem re.

C XC. Oportet ut in diebus festis vel do-  
minicis , post sermonem intra Missarum sol-  
lemnia habitum ad plebem , sacerdos admo-  
neat ut juxta apostolicam institutionem ora-  
tionem omnes in commune pro diversis necef-  
sitatis fundant ad Dominum pro Regibus

Vide infrā c.  
204. hujus  
libri.  
Burchard. lib.  
2. c. 70.

Vide Amulo-  
nem. epist. 1.